



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Francisci Arias, Societatis Iesv Theologi, De Oratione  
Mentali Et Mysteriorvm Vitae D.N. Iesv Christi &  
benedictae Matris eius meditatione**

**Arias, Francisco**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Cap. XVI. Quomodo ex his mysterijs ille trahatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48934](#)

212 FRANC. ARIAS CAP. XV  
Et si autem in hac Christi imitatione  
quædam sint imitanda, quæ praes-  
pti sunt, alia verò quæ consilij ma-  
iorisque perfectionis; studendum  
est, ut, quæ meliora, Deo gratior,  
quæque ad profectum spirituali-  
magis conducunt, imitemur.

CAP. XVI.

*Quomodo ex horum mysteriorum co-  
sideratione hic affectus considera-  
tionis eliciendus.*

**V**T ex hisce mysterijs sanctos  
hosce imitationis affectus  
trahamus, in singulis con-  
deremus oportet virtutes Christi  
Redemptoris, quæ in ijs eluent,  
verbi gratia, amorem & obedi-  
tiam erga Patrem æternum, carita-  
tem ac misericordiam erga homi-  
nes, humilitatem, patientiam, man-  
suetudinem, pœnitentiam, mortifi-  
cationem ob delicta nostra, pauper-  
tatem quam patitur, abstinentiam,  
temperantiam, prudentiam, fortitu-  
dinem, iustitiam, modestiam, puri-  
tatem,

A.P. XV  
imitationis  
quæ præ-  
onstij  
studendus  
o gratiōn  
spiritualen  
ur.  
  
orum co-  
considera-  
  
js sanctos  
affectionis  
ullis confi-  
s Christi  
s eluentis  
obedientia,  
, carita-  
a homi-  
m, mā-  
mortis  
pauper-  
ienciam,  
fortitu-  
n, puri-  
tatem,  
  
DE ORAT. MENTALI. 213  
tatem, zelum, perseverantiam, &  
reliquas. Attentè autem ac mature  
singulas nobiscum perpendamus, si-  
mul & illarum circumstantias: atq;  
ita in voluntate affectum erga ean-  
dem virtutem magnum & efficax  
eiusdem exercendæ desiderium ac  
propositum simul & vitij contrarij  
odium ac detestationē, & efficacem  
eius fugiendi voluntatem concipie-  
mus. Verbi gratia, Christi humilita-  
tem considerando, superbiam abo-  
minemur, & humilitatem optemus:  
patientiam & mansuetudinē Chri-  
sti ruminādo, impatientiam & iram  
fugiamus, & patientiæ ac mansue-  
tudinis virtutem petamus, atque  
idem de ceteris esto iudicium. Ve-  
rum ad affectum imitationis elici-  
Desidera-  
endum, non satis est virtutem ipsam non satis-  
quam in Christo imitari volumus  
desiderare & amare: neque enim in  
hoc virtuositas sita est: exempli cau-  
sa, ut superibus sæpe amet ac deside-  
ret humilitatem, non satis est, quod  
hæc illi placeat, nisi simul sit humili-  
lis, impurus quoque & lascivus ca-  
titatem

274 FRANC. ARIAS CAP. XVI  
sticatem, vt amet & desideret, qui  
prodest nisi castus simul sit. Proinde  
non sufficit ipsum virtutis deside-  
rium. nam quia virtus pulchra est  
honore digna, & magna tum huic  
vitæ tum futuræ commoda adfer-  
facile fuerit illam optare & amare.  
Vnde & sceleratos, qui eam nec ha-  
bent, nec exercent (vt dictum est)  
sepe contingit, eò quod pulchri-  
lis videatur, eam amare & optare.  
Quamobrem quæ Christum imitan-  
vult anima, & veras virtutes habe-  
re, in his suis desiderijs minimè de-  
bet subsistere; sed ulterius procede-  
re oportet, ac magno cum desiderio  
pletenda. Etus & exercitia simul, & media vir-  
tutum obtainendarum desidereret. At  
que hec efficacia actuū & operatio-  
num virtutum desideria, ex virtute  
Christi consideratione elicienda  
sunt. In hoc autem virtutis sita est  
difficultas, & vera virtuositas, ut  
scilicet efficaciter quis eam deside-  
ret, & eandem exercere, & opera  
& actus ipsos virtutis executionem  
mandare studeat. Quam in rem ne-

A.P.XVI DE ORAT. MENTALI. 215  
deret, quæ cesse est, ut qui hæc mysteria medi-  
tatur, quæ sint singularum ex me-  
tis deside-  
chra ell&  
a tum hui-  
da adfer-  
& amar-  
am nec hu-  
ictum est  
ul chra ll-  
& optare  
um imitan-  
ctutes habe-  
minimè do-  
s proceder  
esiderio a-  
media vir-  
ideret. At  
operatio-  
ex virtutu-  
elicienda  
utis sita est  
ostifas, vi-  
im defide-  
e, & opera-  
executioni  
in rem ne-  
celle

cessen-  
tatur, que sunt singularum ex me-  
ditatione colligendarum virtutum  
opera & exercitia norit, quod scilicet  
Christum imitetur. Propterea ali-  
quarum virtutum hic actus refere-  
mus, ut hinc de ceteris iudicium fiat.  
In quam rem mirificè conductet tra-  
ctatus noster de imitatione B. Virgi-  
nis, in quo singulariū ac primariarū  
virtutum actus, exercitiaque simul  
& media quibus haberi queant, de-  
scripsimus. Hic iam breuiter, quæ  
sufficiant ad declarandum quomo-  
do è meditatione virtutum Christi  
imitationis effectum elicere possi-  
mus, referemus.

## CAP. XVII.

De primariarum virtutum affectibus,  
& operationibus, in quibus Chri-  
stum imitari oportet.

**A**CTVS & operatio humili-  
tatis est, ut homo se ipse hu-  
miliet, ex animo se contem-  
nat, honores, dignitates, & mundi.  
præ-

Exercitiū  
humilita-  
tis.